Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26856
Copyright: Admont, Benediktinerstift

stituit bellu adv̊sus ptolomeum
regem egypti. ℟. Ornauerunt faciem
templi coronis aureis et dedicauerunt
altare domino et facta est letitia mag-
na in populo. ℣. Laudibus et confessioni-
bus benedicebant dominum. Et facta est.
Et uertitur est ptolomeus a facie eius
et fugit. et ceciderunt uulnerati multi.
Et comphendit ciuitates munitas.
in terra egypti. et accepit spolia terre
egypti. Et conuertit antiochus post
quam percussit egyptum in centesimo et q̃
dragesimo et tertio anno. et ascendit
ad israel. et ascendit ierosolimis in multi-
tudine grauem. et intrauit in sanctu-
ficatione cum superbia. et accepit alta-
re aureum et candelabrum luminis. et
uniuersa uasa eius mensam propositionis.
et libatoria. et fialas. et mortariola
aurea. et uelum. et coronas. et ornamen-
tum aureum quod in facie templi erat.
et comminuit omnia. ℟. Congregan-
tur inimici nri et gloriantur in uirtute
sua contere fortitudinem illorum domine et
dispge illos ut cognoscant quia non est
alius qui pugnet pro nobis nisi tu ds noster.
℣. Dispge illos in uirtute tua et destrue
eos protector noster domine. Ut cognoscant.
Et accepit argentum et aurum et ua-
sa concupiscibilia. et accepit thesau-
ros occultos quos inuenit. et sublatis
omnibus abiit in terram suam. Et fecit
cedes hominum. et locutus est superbia
magna. Et factus est planctus magnus
in israel. et in omni loco ex. et ingemue-
runt principes et senores. iuuenes et
uirgines infirmati sunt. et speciositas
mulierum immutata est. Omnis mari-
tus sumpsit lamentum. et que sedebant
in thoro maritali lugebant. ℟. Laudi-
bus et confessionibus benedicebant dominum
qui magna fecit in israel. et uictoriam
dedit illis dominus omnipotens. ℣. Orna-
uerunt faciem templi coronis aureis et
dedicauerunt altare domino. Quia magna.
℟. Dixit iudas fratribus suis eligite uiri
uros et uade libera fratres nostros in ga-
laam ego autem et ionathas fratres meus
ibimus in galaaditidem sicut fuerit uoluntas
in celo sic fiat. ℣. Et nunc clamemus
in celum et miserebitur nri ds noster. Sic.
℟. Tu domine uniuersorum qui nullam habes
indigentiam uoluisti templum tuum fie-
ri in nobis conserua domum istam immu-
culatam metuum domine. ℣. Qui regis
israel intend. Conserua. ℟. Disrumpam
uincula populi mei dicit dns. et disper-
dam omnia mala que induxi super eum
et auferam uniuersum laborem a facie
terre et a ciuitate ista. ℣. Reuertar
ierusalem in misericordia et edificabitur
ibi domus mea. Et auferam. Hic est fra-
trum amator et populi israel. hic est qui
multum orat pro populo et uniuersa sa-
ciuitate ierusalem. ℣. Hic iste in pplo
suo mansuetus apparuit. Hic est.